Die XVj. Aprilis Expendidit ex deliberatione Consilij quos dedit Janzilo Teotonicho, qui fuit familiaris Hermanini pro ejus laboribus, qui cum uno equo ivit ad Naulum portavit litteras pro parte Communis Utini Prampergum, Gemonam, Tulmetium, Regoneam, Sanctum Danielem, Tricanum, Pers, Colloretum, Mueruztium, et Faganeam pro naulo, et expensis per eum factis Denarios sexaginta quatuor. Item eodem die dedit ex deliberatione predicta Johanni de Grazano, qui ivit Maranum, Strassoldum et Castellum cum similibus litteris. Item eodem die dedit ex deliberatione predicta Leonardo textori qui ivit Chuccaneam, Pertistagnum, Atemps, et Fontanam bonam cum similibus litteris, In quibus continebatur quod predicti, quibus misse fuerunt dicte littere venire deberent ad Colloquium super eo quod quidam Nobilis Januensis se volebat intromittere de Concordio inter dnum Patriarcham et Nos: Qui Johannes habuit pro suo labore Denarios viginti octo, et Leonardus Denarios sexdecim Summa Denarios Centum et octo.

@ 30.t°. .1385.
Die XVIIj. Maij Expendidit, quos ex Consiliaria deliberatione dedit Nicolussio Not. de

Sancta

Sancta Maria longa pro naulo duorum equorum habitorum per eum ad Maranum quando ipse ivit cum Ambaxiatoribus, qui iverunt Veronam pro Liga complenda cum Dño Veronensi Denarios quadraginta octo.

@.34.t.° .1385.
Die XVIJ. Junij Expendidit ex deliberatione secreti Consilij pro vigintiquinque libris Colaciorum Sepinorum in ratione duorum Denariorum pro singula libra qui combusti fuerunt ex deliberatione predicta faciendo Pagnarulos super Turri Castri Utini, et in Platea Communis, et in foro novo, quando Glemona fuit accepta, quia tunc non fuerunt reportati alij Colacij sepini qui mini fuerant Glemonam cum Exercitu Denarios quinquaginta.

@.35.t.° .1385.
Die penultima Junij Expendidit quos ex deliberatione Consilij dedit Francisco Rayneri qui de Mandato Consilij ivit cum Ambaxiatoribus Ducalis Dominationis Venetorum Civitatem Austriam ad dñum Patriarcham pro Naulo duorum Equorum, et pro expensis per eum factis Denarios viginti sex.

@.36. .1385.
Die sexta Julij Expendidit quos ex deliberatione Consilij secreti dedit Nicolao Povolet correrio nostro, qui in magna festinantia ivit Venetias et portavit Ducali Dominationi literam unam ad notifficandum quod Nos elegeramus Nobilem Dnũm Franciscum Zaranum in Capitaneum nostrum, et ad sciendum si

placebat

placebat quod poneremus Campum nostrarum Gentium in Ramanzacho versus Civitatem. Marcham soldorum unam, et mediam.

Ibidem. .1385.
Die 2ª Iulij Expendidit ex deliberatione Consiliaria quos dedit dño Andree de Monticulis, et Francisco Raynerij qui pro parte secreti Consilij iverunt ad Civitatem austriam ad sciendum ultimam voluntatem Civitatensium de intrando nostram Ligam, an ne, et tunc intraverunt Ligam et habuerunt unum Equum ad Naulum pro Naulo dicti Equi et pro expensis per eos factis soldos octuaginta quatuor.

@ 36. t.º .1385.
Die xvj.ª Iulij Expendidit quos ex deliberatione Consiliaria dedit Simoni Schenk qui cum pluribus personis armatis ivit de mandato secreti Consilij ad Portum gruarij pro Ambaxiatoribus dñi Veronensis, et duxit secum Equos Ledichos octo quos equitaverunt huc veniendo dicti Ambaxiatores pro expensis factis per ipsum Simonem in predictis secundum quod deliberavit secretum Consilium Marcham soldorum unam et mediam.

@ 37. .1385.
Die xxj.º Iulij Expendidit quos ex deliberatione Consilij secreti dedit Sintino de Artenea, et Nicolao Not.º Manini qui de mandato dicti Consilij iverunt

Civitatem

Civitatem Austriam quando dñus Cardinalis recessit a Patria ad ortandum Civitatenses de facto Rosacensium, et ut legaliter et bene se gererent in Liga facta per eos Nobiscum pro expensis per eos factis quia ibi steterunt una nocte Soldos Centum.

Tom: 44. nº. 12.

@ 16. tº .1385.
Die penultimo mensis Novembris dedit g Matheo speciario protribus doplerijs de cera, et una libra candelarum de Cera que data fuerunt Magnificis dñis Comitibus de Cravatra, et Crabavie qui de nocte Utinum applicuerunt venientibus de Partibus Francie in ratione xviij. Denarioꝝ pro qualibet libra et fuerunt libre vij. onc. iij. Capit soldos Centum et quinquaginta unum piç. j.

@. 23. .1385.
Die undecimo mensis Decembris hora vigesima secunda Antonius, et Pantaleonus de Avenzono Cabalarij Communis apportaverunt novum qualiter viriliter et manu armata Dñus Petrus Maurazenus intraverunt cum gentibus Ducalis Dominij Venetorum, et Utinensium in Castro Villalte quibus duobus provisum fuit, Videlicet ipsi Antonio de una Tunica uno Capuceo, et Pantaleono de Calegis et Capuceo de Colore vermileo &c. Et propterea expendidit quos dedit Johanni de Faganea pro V. brachijs cum dimidio et quarta una in ratione viginti octo grossorum pro qualibet brachio. Capit totum Marchas soldorum duas et Soldos Centum et novem piç. iiij.or
Item die xij. Mensis Decembris iuxta ordinamenta

namenta, et deliberationes facte pro parte dnorum Venetorum, Quinque Deputatorum, et aliorum bonorum virorum, quod pro bono nostro Villate celebrari debet quedam solempnis Missa ad honorem Virginis gloriosi in qua Missa interesse debent omnes Canonici, Presbiteri, et Fratres, tam Minores quam Predicatores, et Nobiles Venetorum, et Utinensium. Unde deliberatum fuit quod idem Camerarius Confectiones et Rabiolum in habundantia post Missam celebratam dare deberet prout factum fuit; pro libris Confectionum quinque in ratione vigintiquatuor soldorum pro qualibet libra, et pro Metretis Rabioli Trigintasex in ratione duorum Denariorum pro qualibet tucia Capit totum Marcham .oldorum unam, et soldos quadragintaquatuor.

@ 33. .1386.

Die .VI. Mensis Januarij Expendidit quos dedit de deliberatione dnorum quinque Deputatorum Episcopo Ariguisij et ejus socio Ambaxiatoribus destinatis pro dño Papa, qui applicuerunt Utinum cum XII. Equis positis in stabulo dñi Federici super platea, que stabula pro modo reputantur per Commune pro feno, et stramine soldos quinquaginta octo

---

@ 39. .1386.

Die VII Mensis Februarij Expendidit quos dedit de mandato, et deliberatione dnorum quinque pro quinterijs, et totius magni Consilij Magistro Jacobo de Paona, et Francisco q Minij qui destinati fuerunt Venecias super adventu Revmi dñi Patriarche Jerosolomitani ad conferendum cum Ducali Dominio Venetorum quid erat faciendum

faciendum, et steterunt diebus decem, qui:
bus provisum fuit de Ducatis tribus pro
die Capit Ducatos triginta in ratione sol:
dorum nonaginta pro quolibet Ducato.
Capit Marchas soldorum sexdecim, et soldos
Centum, et quadraginta.

@.45. .1386.
Die quinto Mensis Martij dedit uni nun:
tio qui portavit litteras Utinum dnis
Deputatis qualiter Rev:mus Pater, et dnus
Patriarcha Jerosolomitanus, et nuntius
Apostolicus applicuerat Aquilegiam Marcham
soldorum medium de mandato Deputatorum

@.48. .1386.
Die vigesimo secundo Mensis Martij expen:
didit quos dedit Nicolao Baldane pro
sexdecim libris Confectionum de iiij.
maneriebus in ratione viginti quatuor
solidorum pro libra qualibet, et pro decem
doplerijs magnis de Zera et decem ma:
chis Candellarum de Zera quae fuerunt pon:
deris triginta unius librarum cum dimi:
dia in ratione decem et octo soldorum pro qua
libet libra quae omnia presentata fuerunt
die. xjx. Mensis predicti Rev:mo dno dno
Patriarche Jerosolomitano qui Utinum
applicuit &c: ex parte Communitatis:
Capit totum Marchas soldorum quinque, sol:
dos Centum et quinquaginta unum.

@.57. t.° .1386.
Die. xij. Mensis Julij expendidit quos
dedit pro vino pomis, et avelanis datis:
to et comestis in Consilio per Rev:mum Dnum
nostrum Patriarcham Jerosolomitanum
Vicarium &c: die quo pransus fuit in
Cancelaria

Cancelaria soldos quadraginta octo.

@ 58. .1386

Die decimo nono Mensis Iullij expendidit quos dedit per manus Iohannis Boni pro Malvasia et Terrano, et Ingastarijs presentatis dnis Iacobo Dulfino, et Michaeli Contareno honorabilibus Ambaxiatoribus Ducalis Dominij Venetorum de deliberatione duorum Deputatorum soldos nonaginta quatuor.

Ibidem Tom: 45.

@ .134. .1386.

Die xxvj. Novembris expendidit Nobilis v. Nicolaus Camerarius antedictus de mandato ut supra quos dedit duobus hominibus pro eorum labore, qui steterunt iuxta portam Grazani cum duobus lumerijs usque ad tertiam horam noctis pro honorando dnos Danielem Cornaro, et Petrum Quirino qui veniebant huc pro Ambasiatoribus Incliti Ducalis Dominij cum dno Andrea, et Nicolao Candidi prescriptis, ac Leonardo de Andriottis, et Simone Iudeo de Venzono, qui revertebantur de Curia soldos octo videlicet .iiij. pro quolibet.

@ 145. t° .1387.

Die xxj. Ianuarij de mandato ut supra expendit Camerarius prescriptus pro Confectionibus, et Rabiolo pro recipiendo dnum Blanchum de Ripa noviter in Provisorem huc delegatum per Inclitum Ducale Dominium soldos xxxiiij.

@ .164. .1387.

Die xxiij. Augusti ex Mandato, et deliberatione Consilij dedit, et solvit memoratus Camerarius sapienti viro dno Andree de Monticulis, et q Nicoleo

Manini

Manini, quam pecunie quantitatem expenderunt ultra illam qui eis data fuit in eorum Legatione Videlicet quando legati fuerunt ad Summum Pontificem tunc in Janua suam Curiam tenentem supplicatum sue Sanctitati ut nobis de uno bono Patriarcha providere dignaretur, vel saltem ad regimen Patrie mitteret unum sufficientem Vicarium, eo quia dnus Padue Ecclesiam Aquilegen. suo dominio subjugare studebat, qui legati tunc dnum Jerosolomitanum in Vicarium ottinuerunt Ducatos ducentos viginti in ratione. lxxx. soldor. pro Ducato capiunt Marchas soldor. Centumdecem

---

@ 171. t° ... 1387.

Die primo Octubris expendit Camerarius supra nominatus de mandato ut supra pro sex brachijs Panni scarlatini largiti Andree de Mediolano Familiari tunc dni Petri Maurazeno pro anunciatione felicissimi novi: Videlicet quando generosus vir dnus Conradus Comes de Bunina Capitaneus generalis gentium Incliti Ducalis Dominij, et Stipendiarij cum eo antea, nec non vicini nostri, qui in magna quantitate pedestres, et Equestres cum eo iverunt campum hostis nostri dni Paduani, cujus Capitaneus dnus Jacob de Pijs in amarum conflictum posuerant Marchas soldorum tres, et soldos vigintiquatuor in ratione lxxxiiij. soldor. pro singulo brachio.

Tom: 46.

@. 7. 1387.

Die xj. Decembris dedit ex deliberatione, et mandato Deputatorum cuidam Cursori, qui a Romana Curia portavit litteras de Creatione dni Johannis Patriarche Aquilegen. Marcham Soldorum unam.

@. 8. t° 1388.

@ 4. t.° 1388. A Nativitate
Die XXVIJ Mensis Decembris de mandato Deputatorum dedit, et solvit duobus Cavratoribus, qui conduxerunt ab Utino Castellum Valixias, et alias res Dnorum Francisci Zane, et Blenchi de Riga Ducalis Dominij Provisorum, et a Castello Utinum Valixias, et res alias dni Jacobi Gradonico venientis in Provisorem Utinum prout predicti dni Provisores petiverunt Marchas soldorum tres

---

@. 24 t.° 1388
Die XXVIJ Junij dedit Johanni Marchisine de mandato Deputatorum pro libris .C. colectiorum de sipe, cum quibus facta fuerunt Pirlogia ad gaudium Lige facte per Ducale Dominium Venetiarum cum dno Comite Virtutum, et Marchione Ferrarie in ratione denarorum .ij. pro libra Marcham unam denarorum, et Denarios quadraginta

---

@ 26. t.° 1388
Die .ij. Julij dedit Antonio de Portunaone Cursori qui ivit cum una litera Cividatum pro uno salvo conductu in personas dni Andree de Monticulis, et Nicolai de La dona, et Nicolai Manini, et et Leonardi de sancto Daniele Ambaxiatorum nostrorum qui iverunt Clemonam ad confirmandam Pacem que per dnum Marescalcum inter nos, et Civitatem erat tractata. Soldos quatuordecim

@ 27.
Item dicta die dedit Johanni Francisco Trombette, et tribus Fistulatoribus, qui iverunt Ramanzachum cum Ambaxiatoribus nostris predictis, et reportaverunt novum de pace facta Ducatum auri unum.

@. 31. 1388

@ 31. 1388

Die XV. Julij expendit de mandato Deputatorum pro recipiendo sindicos, et Ambaxiatores Civitatum qui ultimo venerunt Utinum ad prestandum Juramentum de Pace firma, et rata habenda et tenenda cum tribus libris confectorum, et iiij. bucijs Malvasie et quinque bucijs Raboles soldos centum et decem

Item dicta die expendit pro naulo trium Equorum quos habuit dnus Andreas de Monticulis Sindicus Ambaxiator noster iturus Civitatem Austriam ad confirmandum pacem, et jurandum in Consilio terre Civitatis austrie soldos octuaginta.

@.33. 1388.

Die nono mensis Augusti Millesimi trecentesimi octuagesimi octavi ex deliberatione, et de mandato dnorum Deputatorum, et Consilij expendit et dedit dictus ser Manfredus Camerarius per manus Hermanni ser Minij de Ramanzacho dantis et solventis vice, et nomine dicti Camerarii vel potius nomine, et vice Communis Utini personis omnibus habentibus pignora concivium nostrorum, qui ipsa pignora in quadam maxima Communitatis nostre, et colligatorum nostrorum de Patria necessitate gratis, et sine aliqua utilitate liberaliter dicte Communitati nostre accomodarunt pro pecunijs recuperandis causa stipendiandi gentes Equestres, et pedestres pro universitate totius Lige nostre in Patria Forijulij ad deffensionem Sancte Aquileyen Ecclesie Matris nostre, et Patrie prelibate, quam perfidissimus, et crudelis tirannus dnus Franciscus de Carraria dnus Padue jugo suo tirannico submittere conabatur. Cujus tamen iniquum propositum

Altissimus

Altissimus exequi non permisit. Cum dicta Communitas Utini, eorumque Colligati de Patria Forijulii tantum abhorrentes scelus, potentique inclitì Ducalis Dominij Venetiarum subsidio communiti prefato tiranno viriliter obstiterant pro dicte Ecclesie, et Patrie conservatione, et propria libertate tuenda Pugnantes viriliter contra ipsum tirannum, et nonnullos Furlanos Patrie sue proprie proditores, qui in omnibus eidem tiranno favebant Ducatos auri Mille noningentos septuaginta Tempore Nobilis Viri dñi Petri Quirino pro dicto Ducali Dominio tunc in hijs partibus honorabilis Provisoris acceptos mutuo a certis concivibus nostris predictis, qui super dictis pignoribus tunc temporis dictas pecunias, ut premittitur mutuarent Communitati nostre prefate. Que quidem pignora exacta pecunijs antedictis his qui mutuaverant fuerunt illico restituta, qui Communitatem tunc ab eis totaliter liberavirent.

@ 34 - t.° . 1388.

Die VI.° ~~[illegible]~~ Septembris dedit Jacobo Rodulphucij ~~[illegible]~~ qui portavit ~~[illegible]~~ unam literam Communitatis Ducali Dominio Venetiarum, per cujus tenorem significatum fuit ipsi Dominio dnum Patriarcham Viennam applicuisse Ducatos auri tres in ratione soldor. lxxxy. pro Ducato.

@. 35. 1388.

Die X. Septembris de mandato Deputatorum, et Consilij dedit dño Andree de Monticulis Magistro Jacobino, et ꝗ Nicolao Magistri Gregorij Ambaxiatoribus nostris missis obviam dño nostro Patriarche venienti ad Patriam istam Marchas Soldor. quindecim Qui Ambaxiatores

iverunt

iverunt usque Ornistayn ubi dnum Patri=
archam invenerunt et habuerunt duos Equos
pro quolibet ad Naulum, et unum sine Naulo
et duos Trombettas ad expensas Communis

---

a 35 t.° 1388.

Die .xiij. Septembris expendit pro .xxxv. li=
bris Cere laborate ad pondus statere. Videli=
cet duodecim Doplerijs, et libris .xv. can=
delarum presentatis dño Patriarche in ad=
ventu suo in ratione Soldorum xvj. pro qua=
libet libra. Marchas soldorum tres cum dimidia.
Item dicta die expendit pro .xviij. libris Con=
fectionum presentatis dño Patriarche, et
predicta omnia ex deliberatione Majoris Con=
silij in ratione soldorum .xxvj. parvorum viij.
pro qualibet libra. Marchas soldorum tres.
Item dicta die ex deliberatione Consilij expendit
dictus Camerarius pro quadam Pixide argen=
tea desuper deaurata ponderis unciarum
sexdecim, et unius quarterij empta ab uxo=
re q.m Nicolussij Zerbini in ratione .xxvj.
grossorum pro singula uncia, et largita ipsi
dño Patriarche Marchas soldorum octo.
demptis soldis sex.
Item dicta die ex deliberatione Consilij expendit
pro quinque Congijs et decem buccijs malvasie emp=
tis a Nicolussio q. Zani in ratione Ducatorum au=
ri duorum pro congio et ipsi dño Patriarche
presentatis Ducatos auri decem.
Item dicta die ex deliberatione Consilij expendit
pro tribus Sciffis argenteis ponderis unciarum.
.xv. et unius quarterij cum dimidio in ratio=
ne pro qualibet uncia grossorum .xxvj. emp=
tis a Nicolao de Saldonerijs, et presentatis ip=
si Dño Patriarche. Marchas soldorum quin=
que, et soldos quinquaginta octo.

@ 38. t.° 1388.
Die xxiiij septembris dedit ~~[illegible]~~ Francisco et Jacobo Fistulatoribus, qui associaverunt Dominas usque Caprileas obviam dño Patriarche soldos duodecim.
Item dicta die dedit Francisco Chiarande, et socio suo Fistulatoribus qui iverunt cum dictis Dominabus obviam dño Patriarche soldos viginti.

Tom: 47

@ v. 5. t.° 1388.
Die vigesimo sexto Mensis Octubris expendidit dictus Ambrosius Camerarius pro Naulo duorum equorum quos equitavit Nicolaus Cendidi, et Henricus Sartor ad Castrum de Arijs ad dnum Federicum de Savorgnano pro concordia tractanda inter ipsum et dnum Patriarcham
Marchas soldos 42

@ 8. 1388.
Die xxiiij. Decembris expendit dictus Camerarius in libris .liij. colaciorum sipis quos emit a Nicolao Baldane, et Johanne Marchisine pro soldis tribus pro libra qualibet causa faciendi Cagnorolia quando dnus Franciscus de Cararia amisit Paduam &c. Capit totum sol. C lviiij.

Eodem. 1388.
Die xxiiij. Decembris expendit quos dedit Odorico Cancellario Ducalis Dominij, qui fuit cum dño Gabriele Emo Ambaxiatore Ducalis Dominij qui ivit Cividatum ad tractandum concordiam cum dño Patriarcha, et fecit primo Treuga, et idem Odoricus scripsit, et in publicam formam reduxit Ducatos auri decem; qui fuerunt Marche soldos quinque, et soldi quadraginta.

@ 8. t.°

c. 1   1389.

... nu ... missi fuerunt ... a dicto dño Patriarcha scilicet dñus Mechinus Manurre, et Petrus de Bellonis, Johannes Thomasij, et Jeronimus Not. ad ostendendum delictum perpetratum in Personam dñi Federici de Savorgnano, et fuerunt equi xj. Et primo expendit pro naulo quinque equorum soldi C.

c. 9.   1389

Die XVII. Februarij expendit dictus Camerarius quos dedit Nicolao Peccatori pro naulo unius equi quem equitavit Nicolaus de Perchoto Portunarius quando ipse ivit Venetias pro parte Communitatis ad notificandum Ducali Dominio de morte dñi Federici de Savorgnano. soldi lx.

Ibidem.   1389.

Item expendit die XVIII. Februarij quos dedit pro naulo duorum equorum, et duorum Familiarium qui portaverunt literas Communitatibus, et Nobilibus ad notifficandum excessum factum in Personam dñi Federici de Savorgnano March. soldorum j. et soldi C.

c. 9. t°.   1389.

Die tertia Martij expendit quos dedit pro naulo decem equorum, quos equitaverunt Ambasiatores cum dño Blancho êmo Cividatum ad tractandum cum dño Patriarcha pacta inter ipsum, et Communitatem Utini March. soldi j. et sol. lx.

c. 10.   1389

Die XIII. Aprilis expendit quos dedit Jeronimo Not. qui factus fuit expenditor Ambasiatorum qui missi fuerunt Cividatum ad supplicandum dño Patriarche, quod illi septem Deputati Terre

Utini

Utini acceptarent Officium. Item pro Naulo duo
rum dictorum Ambaxiatorum, qui Ambaxiatores
ierunt dnus Antonius de Ienao, et dnus de
Benonis, et dictus Ieronimus. Marck. sold. iiij.

@ 11 c.º 1389.

Die quinta Maij Dispignoravit dictus Camerari
us a Nicolusio Candidi unum suum Scertum de
Perlis quod eidem Nicolusio dedit in pignore
pro quibusdam expensis factis per Ieronimum
Cancellarium in pluribus vicibus pluribus Am
baxiatoribus seu Ambaxiatis tempore XXiiij.
ut continetur in quadam scripta manu dicti
Geronimi. Marck. solidorum iiij. et sold. xij.

@ 1389

Die XXVj. Maij Expendidit quos ipse dedit
Odorico Cancellario Ducalis Dominij pro secun
d. Pactis factis inter dnum Patriarcham et
Utinenses Ducatos auri VIij.

@ 17. 1388.

Die XIIj. Novembris expendidit idem Ieroni
mus pro naulo duorum Equorum quos idem
Geronimus et Henricus Familiaris q Nicolai
Magistri Gregorij equitaverunt Aquilegiam
eodem die quia idem Geronimus missus fuit
ad exponendum certam Ambaxiatam dno Patri
arche una cum q Nicolao Candidi, Andrea Bru
natij et Iacobo Marangono, et Odorico Fabro ad
mitigandum suam Paternitatem de indignatione
assumpta ex congregatione plurimorum civium,
qui iverant pro dno Federico, et ad supplicandum
eidem Paternitati sue ut dignaretur concedere
licentiam prefato dno Federico intrandi Terram
Utini sold. XXXVI quorum XVIIj dati fuerunt
Egidio chocho, et alij XVIIj. - - - -

@ 24. c.º 1389.

@ [illegible]

[illegible] Decembris [illegible]

dedit pro naulo quatuor equorum causa mandandi

ad Johannem de Faganea, et Johannem Stazini in

Ambaxiatores ad Consilium Parlamenti pro concor-

dia tractando inter dnum Patriarcham, et nos

soldos octuaginta

@ 28. 1390

Die decimo Mensis Februarij Expendidit quos

dedit cuidam nuncio qui portavit novum Creatio-

nis dni Cardinalis de Padua ex mandato dnorum

septem Deputatorum Ducatos auri tres.

Ibidem. 1390

Expendidit die xj. mensis Februarij quos dedit

Nuntio dni Pape pro novo creationis ipsius

dni Pape de mandato dnorum septem Deputato-

rum Ducatos auri decem

@ 28 t.° 1390.

Die decimoseptimo mensis Februarij expendidit

quos dedit pro naulo duorum Equorum causa

mittendi Magistrum Jacobum de Montegnacho

et Christoforum de Bombenis in Ambaxiatores

Glemonam ad condolendum de Morte Aluisij

de Attemis de mandato dni Capitanei, et Con-

silij. Soldos octuaginta

@ 29 t.° 1390.

Die sexto Mensis Martij expendidit quos dedit

pro naulo quatuor equorum causa mandandi

S. Nicolaum Not. Manini, et S. Johannem Clerad-

chanti in Ambaxiatores Civitatum ad dnum Patri-

archam, pro eo quia mandaverat pro eis, ut

irent ad audiendum Ambaxiatam dni Pape, et

Fratris dni Patriarche de Moravia soldos octua-

ginta, et pro eorum expensis soldos sex.

@ 34 t.° 1390

@ 37 t.° 1390

Die decimo octavo Mensis Maij expendidit quos dedit pro naulo sex equorum causa mandandi dños Andream de Monticulis, et dnum Mueschinum delaturre in ambaxiatores, et tamquam amicos electos per Comunitatem Utini Civitatem ad componendum et concordium faciendum inter dnum Patriarcham, et Communitatem Utini soldos centum viginti, et pro eorum expensis Marchas soldorum quatuor.

@ 38. t.° 1390

Die tertio mensis Julij expendidit quos dedit S. Stephano Strughi qui missus fuit cum dño Jacobo Fradanico Venzonum ad loquendum dño Duci Bavarie de mandato dñorum septem Deputatorum. Marcham soldorum unam soldos viginti sex et parvulos octo.

@ 39. t.° 1390

Die vigesimo mensis Julij expendidit quos dedit pro naulo duorum equorum causa mandandi dnum Andream de Monticulis et dnum Mueschinum delaturre Ramanzachum cum dño Jacobo Fradanico ad tractandum concordium cum dño Patriarcha soldos viginti

---

@. 40. t.° 1390

Die quartodecimo Mensis Augusti expendidit, quos dedit causa presentandi duos Ambaxiatores dñi Imperatoris videlicet dnum Comitem de Lozo et socium suum de mandato dñorum septem Deputatorum in viginti Ingastarijs Vini terrani soldos triginta quinque in decem libris de cera in ratione decem et octo soldorum pro libra Marcham soldorum unam soldos viginti, in triginta quisquilis in ratione unius Denarij pro singula quisquila soldos triginta quinque

quinque in duabus libris [illegible]
viginti sex soldorum pro libra soldos quinquaginta duos, in duodecim buccijs de Malvasia in crastina die in ratione quatuor soldorum pro buzia soldos quadraginta octo, et in aliis [illegible] libris confecti in ratione viginti sex soldorum pro libra soldos quinquaginta duos, [illegible] supradictum capit in totum Marchas soldor; duas et soldos septuaginta quatuor.

@.41.t.° 1390.
Die vigesimo Mensis Augusti expendidit quos dedit pro naulo duorum equorum quos equitaverunt Matheus not. de Samerdencha, et Iacobus Not. filius Magistri Nicolai Fabri Clemona ad dnūm Patriarcham causa petendi eidem [illegible] [illegible]uaneum pro terra Utini in ratione quinquaginta [illegible] pro equo, et pro eorum expensis, quoniam iverunt etiam usque Tulmetium soldos Centum, quod Capit in totum Marcham soldor; unam, et soldos quadraginta

---

Tom. 48.

@.6.t.° 1390
Millesimo trecentesimo nonagesimo Indictione XIIJ. die XVIJ Mensis Octubris Recepit Iohannes (de Sbrugni) Camerarius dicto nomine in duobus vicibus a Moyse Iudeo Utini habitante mutuatos per eum Communitati, Ducatos auri centum octuaginta. Et hoc ideo quia dum Dnūs Patriarcha volens totaliter nos destruere conatus fuit contra Nos et Terram hanc Utini totam Patriam commovere et incitare ad arma, fecitque per Pranchil et alios familiares suos armata manu currere ad Portas nostras, ibique et per tabellam Burgi superioris certos vicinos nostros captivare, vulnerare, spoliare, et talare non existentibus in Communitate pecunijs oportuit pecunias invenire

causa

causa provisiones necessarias faciendi contra nequitiam ipsius Dñi Patriarche, et accepit fuerunt mutuo sub usuris a predicto Moyse, ac Joseph et Menlek intrascriptis Judeis

---

@ 40. t.° 1390

Die XIIIj mensis Octobris Expendidit dictus Camerarius de mandato ut supra datos Ottil teotonico pro naulo duorum equorum quos equitaverunt Leonardus q Hectoris, et Jacobus de Cavalcantibus ad Civitatem Austriam ad dñum Jacobum Trudonico tunc ibidem existentem pro tractando concordium inter Patriarcham, et Nos notificando sibi inter alia quod nos audebamus illuc mittere Ambaxiatores &. soldos quadraginta. Item dedit uni famulo qui anonciavit eos decem sol.

@. 41. 1390.

Die XVj.° mensis Octubris expendidit de mandato Deputatorum datos Ottil teotonico, qui missus fuit cum equo suo ad explorandum Inimicos nostros, Videlicet Prantil, et Simonem Tiznosum cum eorum socijs, et ad faciendum reduci in terram Cives nostros qui iverant venatum ad Laudes, et alios Cives quos invenirent, quia Prantil nos diffidaverat, et spoliatus fuerat armenta et Colonos usque ad Portam &. Denarios vigintiquattuor.

@ 42. t.° 1390.

Die XVIIj. mensis Octubris expendidit de mandato ut supra datum Canciano sartori misso per Johanuttum boni concivem nostrum tunc Venetijs existentem a Venetijs Utinum cum certis litteris per quas notificabat regimini Terre nostre Utini de Adventu Marsalchi dñi Patriarche cum certis gentibus equestribus per modum Compaine ad dampnificandum Patriam, et specialiter

Terram

Terram Utini, et super tremissis litteras Communita
tis nostre, et dñi Iacobi Tradonico Ducali Dominio
Venetias reportavit Cancianus predictus Marcham
soldorum unam

@ 43. 1390
Die XVIIJ. mensis Octubris dedit Iohanni de
Sedeglano qui missus fuit per Deputatos Sanctum
danielem pro exploratore. Quia dñus Patriar-
cha congregabat ibi gentes Patrie contra nos di-
cens ficto modo, quod volebat ire ad Cortinam
Sancti Odorici in qua Prantil, et Simon Vice-
marsalcus Patriarche proditorio modo intrave-
runt: Et erat totum oppositum, quia non ex-
pediebat gentes congregare ad obsidendum fa-
miliares suos, qui adimpleverant mandatum
ipsius dñi Patriarche in furando, et accipiendo
dictam Cortinam postquam fuerunt tamquam
familiares Patriarche per homines de Cortina
confidenter recepti in ipsa Cortina Den. triginta sex
Item idem Iohannes explorator reversus in
crastinum cum bonis novis eo quia homines Patrie
certificati per litteras Communitatis nostre cognove
runt fallacias et pravam intentionem Patriarche,
et imo noluerunt sibi instare unde remansit
confusus. Et dictus Iohannes iterum remissus
fuit illuc ad explorandum et sentiendum ulterius
Et propterea dedit prefatus Camerarius eidem
Iohanni Denar. triginta sex prout secum con-
ventum fuit.

@ 44. 1390.
Die XX. Octubris dedit Martino Sartori de
Villalta Utini habitanti qui missus fuit per Depu-
tatos Sanctum danielem ad explorandum de
tractatibus Patriarche cum nobilibus Patrie quia
volebat totam Patriam congregare contra nos
Soldos octuaginta

@ 49 1390.

@ 79   1390

Die vij Mensis Novembris Expendit dictus Camerarius dato Antonio Cursori de Portunaone destinato Venetias ad Ducale Dominium cum litteris Communitatis nostre, et dni Jacobi Gradonico, quia Episcopus Concordien. Dnus Vencislaus de Spegnimbergo, et q. Johannes Paduanus illuc iverant ex parte Patriarche pro concordio tractando quod potius discordium fuit soldos centum quadraginta.

@ 60.t.°   1391. A Nativitate

Die XXVj Decembris Expendidit supraseriptus Camerarius de mandato Consilij et totius Regiminis dato Alexandro not. pro solutione cujusdam Privilegij effectualiter continentis inter alia qualiter Dnus Fernandus Patriarcha Jerosolomitanus Vicarius Apostolicus in Patriarchatu Aquilegen. absolvit Communitatem nostram de omnibus gestis tempore guerre et discordie habite cum dno Cardinale de Alenconio, et ejus tempore, et confirmavit omnes sententias processus, et deliberationes dictis temporibus factos, et factas, et latas &c. et sententiam latam per dnum Paduanum cassavit Auctoritate Apostolica, et multa alia, que latius in eodem privilegio scripto manu dicti Alexandri, et sigillato sigillo dicti dni Patriarche Jerosolomitani appenso dicto Privilegio continentur. Ducatos auri quindecim. Et hoc quia Regimen vidit quod dictum Privilegium multum faciebat pro Communitate nostra, et ideo voluit ipsum in Communitate habere.

Ibidem .   1391.

Die prima Januarij Expendit dictus Camerarius de mandato ut supra dato Brisino, et

Laurentio

Laurentio Pidiutte pro naulo quatuor equorum quos equitaverent Manfredus Arapérius, Francíscus de Cabërgulina, et Nicolaus de Percoto et quidam familiaris, qui missi fuerunt Jo=chumbergum ad dnum Patriarcham una cum dño Andrea de Monticulis Nicolusio q Zanni et Jeronimo not. super differentijs &c. et spécialiter super capitulo banitorum. Et est notandum quod tunc Patriarcha pé=tiverat quod XX. Cives de melioribus, et no=tabilioribus irent ad ipsum sed missi fuerunt solum predicti sex Quoniam habita fuit in memoria Esopi fabula = Tutorem retinere

&c. soldos octuaginta.

@. 63. 1391.

Die XJ. mensis Januarij Expendit dictus Camerarius de mandato ut supra datos Stephano S'rugl et Brisino pro naulo quatuor equorum ac Nanio de Mulargis, Nicolao Peccatori, Valentino de Camino, et Gregorio del Zau pro naulo aliorum quatuor equorum, quos equitaverunt Cividatum ad Parlamentum q Nicolusius de Castelerio, Laurentius Arpucij, Christoforus de Bombenis cum sex familiaribus et socijs ad dicendum Jus nostrum, et excusandum Nos, quia pro Patriarcha defficiebat, et deffecit Pax, et concordium, et tractabat ac conabatur ponere Nos in discordia cum omnibus comitatinis sed non potuit nec poterit Deo dante. Marcham unam Soldorum in ratione viginti soldorum pro quolibet équo

---

@ 69. 1391.

Die XXIJ. mensis Februarij Expendit dictus Camerarius datos Henrico Campanario Ecclesie Castri Utini et Antonio cursori de Portenaone pro laboré ipsorum, quia missi fuerunt

iidem

turri Castri cum iiij Lumeriis ad faciendum Pirologia pro gaudio et letitia concordij facti cum dño nostro Patriarcha per intercessionem dñi Iacobi Tradonico Ambaxiatoris Ducalis Dominij Venetiarum. Ac etiam removerunt Furcas Plateæ hora matutinorum prout mandaverunt Denarij sex.

@.71. 1391.
Die quinto mensis Martij Expendit dictus Camerarius de mandato Regiminis datum Blasio magistri Lazari qui missus fuit renacum dño Muschino de laturre, Francisco Candidi, et Nicolao Raynoldi ad associandum dnum Patriarcham usque Venzonum, et ultra si expediret pro parte Communitatis nostræ Utini quando idem dnus Patriarcha ivit in Boemia et Moravia Marcham Soldorum unam cum dimidio pro expensis eorum ac familiarium et equorum

---

@.75. 1391.
Die xxj. Aprilis Expendit prefatus Camerarius de mandato totius Regiminis datos dño Bernardo juniori de Strasoldo qui missus fuit Romam ad Sanctissimum dnum nostrum Papam, et Reverendissimum dnum Dnum Cardinalem Ravenatem, ut recommendaret nos Sanctitati dñi Papæ, et etiam supplicaret, ut eadem Sanctitas dignaretur de Statu Patriæ providere, et specialiter de Terra nostra Utini, Quia in multis Angonijs, et erroribus eramus cum Patriarcha, et totaliter non poteramus pati; et cum multis aliis informationibus per eum portatis &c. Ducatos auri viginti-quinque.

@.80. 1391.

@.78. 1391

Die Jovis Crispelarum quarta mensis Maij expendit dictus Camerarius de mandato Regiminis datos duobus Fistulatoribus theotonicis, et cuidam Tombette, qui pulsando Instrumenta ipsorum associaverunt Dnum Tristanum de Savorgnano et alios Cives in magna copia eundo ad Majos extra Terram, et in Terram redeundo cum letitia ut moris est et per Terram eundo cum equis frondiatis Denarios triginta sex Videlicet duodecim pro quolibet.

@.88.

M.ccclxxxxj. Indictione xiiij. die ultima mensis Maij expendit suprascriptus Johannes Camerarius, et camerario nomine Communitatis Utini de mandato Deputatorum et totius Regiminis datos Sapienti Viro Magistro Jacobino nato q. Zanni de Burgo excellentissimo Artium et Medicine Doctori solenni Ambaxiatori dicte Communitatis nostre ad sanctissimum in Christo Patrem, et dnum nostrum dnum Bonifacium Papam nonum, et Romanam Curiam ad ipsius dni Pape requisitionem, et etiam quampluriam Cardinalium destinato pro bono statu Patrie, et precipue Terre nostre Utini. Quem associaverunt in dicta Legatione Antonius filius q. Henrici de Paonna, Nicolaus q.m q. Federici de Fagancà, et Nicolaus frater ipsius magistri Jacobini. et habuerunt predicti Magister Jacobinus, et socij quatuor familiares, Videlicet Erasmum de Zoldo Familiarem dni Tristani de Savorgnano, Nicolaum Turchum habitantem in Caligareciis Johannem familiarem ipsius Magistri Jacobini, et quemdam Theotonicum necessarium pro equis, et conduxerunt octo equos quorum

aliqui

aliqui accomodati fuerunt per cives gratis; aliqui pro naulo, et aliqui empti fuerunt, prout inferius declaratur &c. Ad expendendum pro se ac socijs familiaribus, et equis Ducatos auri Quadringentos.

Tom: 49.

C. 1. t.° 1391

Die XXVj. Octobris de mandato dnorum Deputatorum et Consilij expendit antedictus Camerarius quos dedit Nicolao de Percoto destinato pro expenditore Ambaxiatorum qui iverunt oviam dno Patriarcha quando redijt a Boemia, cum novem equis, qui fuerunt Magister Petrus Medicus de Glemona & Stephanus Sbrugli, Anthonius de Fagenea, et dictus Nicolaus Marchas tres Den.

C. 42. t.° 1391.

Die XXVj. Decembris de mandato ut supra expendit idem Camerarius pro faciendo scopare domum Azolini, et pro faciendo preparare tres thoros linteaminum, et cultrarum acceptarum ad vecturam a Manato Denar. XXiiij. Item pro iiij. curribus lignorum siccorum Denar. XL. missorum in dicta domo fulta pro dno Francischino Quirino qui veniebat pro Ambasiatore ex parte Incliti Dominij Venetiarum ad istam Communitatem. Capit ista particula Denar. sexagintaquatuor

---

C. 44. t.° 1392

Die X. Januarij de mandato ut supra expendit idem Camerarius pro quatuor curribus, qui conduxerunt Valisios et Farinam dno Francischino Quirino usque ad Portum gruarij qui redibat Venetias. Marcham unam cum dimidia denariorum

---

C. 45. 1392

@ 45 1392

Die .X. Januarij de mandato ut supra expendit idem Camerarius quos dedit in Venetijs Magistro Jacobino, quos mutuo in Urbe Romana acceperat a Dño Anthonio de Portugruario Ducatos cen tentum

Die .XIJ. Januarij expendit idem Camerarius pro vectura unius Barche sex remorum, in qua venit a Venetijs supradictus Magister Jacobinus cum suis socijs usque Hugarum Ducatos septem. Item pro pane vino, et alijs necessarijs ad victum supradictorum positis in dicta Barcha, ac pro expensis factis una nocte in Baseligo, et pro uno curru qui conduxit valisios eorum a dicto Hugaro usque Utinum ad Castrum Porpeti Ducatos tres soldos VIIJ. Capit in totum Ducatos decem et soldos octo.

@ 46. 1392

Die .XVIIIJ. Januarij de mandato Dnorum Deputatorum expendit dictus Camerarius pro vectura duorum Equorum acceptorum a Tibaldo hospite et Bthil Theutonico in ratione XL. denar. pro singulo, quos equitaverunt Nicolussius de Sancta Maria Longa et unus suus Familiaris, qui habuit pro suo labore Denar. XX^ti. destinatus pro Ambassiatore istius Communitatis Faganeam, ad Sanctum danielem, Brampergum, Glemonam, Venzonum, Tulmetium ad notificandum eis ex parte istius Communitatis qualiter Dnus Petrus erka sifecurabat ducentas Lanceas in Alemania venturas in Patriam Forijulii in brevi causa devastandi dictam Patriam, et ad rogandum ipsas Communitates in effectu quatenus ei instare non velint destructioni Patrie predicte, et pro expensis factis in dicto itinere denar. lx. [illegible] totum Marcham unam Denar.

@ 47 1392

@.49. .1392.

Die .X. Februarij De mandato ut supra expendit dictus Camerarius pro duobus Tazzis argenteis, et sex Cocleanibus ponderis .XV. unciarum, et unius quarti emptis a Menia Uxore Bril in ratione XXXV. grossor[um] pro singula uncia causa offerendi ad Missam novellam Abbati Mosacensi, videlicet Fratri Franciscino Marchas septem, et Denar[iorum] Centum

---

Idem .1392.

.IIIJ. die Martij de mandato ut supra expendit idem Camerarius pro faciendo vacuare domum q[uonda]m d[omi]ni Azolini, et ipsam preparare pro Ambaxiatoribus Incliti Dominij Venetiarum qui veniebant pro execucioni mandando concordium factum inter d[omi]n[u]m Patriarcham, et istam Communitatem Utini, qui fuerunt D[omi]n[u]s Michael Steno, et D[omi]n[u]s Benedictus Superancio. Denar[iorum] VJ.

@. 49. t.° .1392.

Die .VIJ. Martij De mandato Deputatorum, et Consilij expendit Idem Camerarius pro expensis factis per decem Cives Utini in hospicio Civitati destinatos ad presentiam d[omi]ni Patriarche ad petendum Veniam ab ipso D[omi]no Patriarcha prout in Concordio continebatur qui fuerunt D[omi]n[u]s Andreas de Monticulis, q[uonda]m Nicolaus Manini, Tininus de Arcunea, Nicolussius Bevilaqua, Johannes de Raynerottis, Leonardus q[uonda]m Hectoris, Blasius Magistri Lazari, Nicolaus de Fagenea, Franciscus Candidi et Nicolussius de Sancta Maria Longa, et fuerunt omnibus computatis d[ie]bus XXII .. [illegible] chas duos et Denar[iorum] quadraginta.

Eodem die VIIJ.° Martij de mandato ut supra expendit idem Camerarius pro mittendo duos Sindicos et unum Notarium ad d[omi]n[u]m Patriarcham Civitatum ad ratifficandum Concordium factum

qui fuerunt

qui fuerunt Nicolaus de Fagenea, Blasius Magistri Lazeri, et Nicolusius de Sancta Marialalonga, et pro vectura unius equi, et unius familiaris Brisini de Toppo Denarios XXVj. et pro expensis eis factis Marcham unam, et Denarios sexquinquaginta quatuor, qui fuerunt sex equi, et steterunt una die, et una nocte in Cividato. Capit Marcham unam, et Denarios Centum.

@ .53. .1392.

Die XVIIj. Maij De mandato ut supra expendit idem Camerarius quam dedit q Stephano Sbrughi, qui ibat Venetias, cui comissum fuit, ut esse deberet cum Episcopo Massan Legato dñi Pape qui erat Venetijs transmisso per ipsum dñum Papam in Patriam Fori Julij ad informandum se de Regimine dñi Patriarche, et dictum Episcopum informare de iniquis modis tentis per dictum dñum Patriarcham. Marcham Unam, et Denarios XIIIj.

---

a 56 t° 1392

Die XXV. Junij de mandato ut supra expendit idem Camerarius quos dedit uni nuntio destinato Venetias cum litteris hujus Communitatis ad notifficandum mortem Episcopi Concordiensis Ducali Dominio Venetiarum Denarios Centum viginti.

@ 58. t° 1392.

Die XXVIIIj Julij De mandato ut supra expendit dictus Camerarius pro Confecto, et Malvasia causa presentandi Ambassiatores Portusgruarij, qui venerant ex parte eorum Communitatis ad notifficandum isti Communitati qualiter dñus Anthonius de Portugruario creatus erat Episcopus Concordien. Denarios sexaginta tres

---

@ 60. t° 13—

@ 60. t.° 1392

Die XXVJ. Augusti de mandato ... septem Deputatorum expendit idem Camerarius quos dedit Venuto textori nuntio destinato Romam ad dnum Papam cum litteris hujus Communitatis ad notifficandum sue Sanctitati detestabilem casum sancti Danielis cominum per dnum Patriarcham, et supplicando eidem ut dignaretur providere Patrie huic Ducatos auri duodecim.

@ 61. t.° 1392.

Die XXX.° Augusti de mandato ut supra expendit dictus Camerarius quos dedit Simoni q.m Deneloni destinato Venecias ad Inclitum Dominium cum litteris hujus Communitatis ad notifficandum eidem qualiter dnus Patriarcha accepit sanctum Danielem, et ipsum posuit ad Sacchomannum Ducatos duos auri.

@ 63. 1392.

Die XV. Septembris de mandato ut supra expendit antedictus Camerarius quos dedit Simoni q.m Deneloni destinato cum litteris hujus Communitatis Romam ad dnum Papam ad notifficandum eidem qualiter dnus Patriarcha exposuerat ad Saccomannum terram Sancti Danielis et multas alias crudelitates in ipsa terra perpetraverat. Ducatos auri duodecim.

Tom: 50.

@. 12. 1392.

Die ultimo Octubris de mandato ut supra expendit idem Camerarius quod dedit Magistro Henrico Pignozulo, et uni alteri qui apportaverunt thoros et alia in domo q.m dni Argelini pro Dno Johanne Alberto, et Francisco Quirino Ambassiatoribus destinatis ad hanc Communitatem super differentia Sancti Danielis Denar. V.

@ 13 - 1392.

@. 23. 1392

Die XVI. Decembris expendit idem Camerarius pro faciendo preparare domum olim q. Tingi pro dno Michaele Steno Ambasiatore Incliti Dominij Venetiarum destinato ad hanc Communitatem ad rogandum eam ut ei placeret remittere suos Ambasiatores Venetias Et primo pro faciendo aptare unam lecticam acceptam ab Ambrosio et pro [illegible] Denar. XV. &

@ 24 1392.

Die XXVII. Decembris. De mandato ut supra expendit dictus Camerarius quos dedit Magistro Petro Cirojco destinato pro Ambasiatore Perusium ad dnum Papam Ducatos aureos quinquaginta causa tractandi contra dnum Patriarcham

@ 24. t° 1393.

Die III. Januarij de mandato ut supra expendit prelibatus Camerarius pro una edina causa publicandi sindicatum factum in personam dni Andree de Monticulis q. Petri de Bekonis, et Jeronimi Cancellarij ituros Venetias pro concordio tractando inter dnum Patriarcham et istam Communitatem Denarios quatuor.

@ 25 1393.

Die XV. Februarij De mandato ut supra expendit idem Camerarius pro vectura unius equi quem equitavit Laurentius de Cernignaco destinatus ad Dnum Patriarcham requisitum ei unum Capitaneum in Terra Utini et ad protestandum in casu quo recusaret dare. Denarios quatuordecim.

@ 25. t° 1393.

Die XXI. Februarij de mandato ut supra expendit

expendit dictus Camerarius quod dedit Stephano ~~[illegible]~~,
Stringli destinato pro
~~[illegible]~~ Ambaxiatore cum quinque
equis ad dnum Ducem Austrie Ducatos au=
reos quinquaginta

@ 26. ~~C~~. 1393.
Die VIIJ. Martij De mandato ut supra expen=
dit idem Camerarius pro faciendo fieleire do=
mum olim q Tingi pro Dno Johanne Alberto
Ambaxiatore Dominij Venetiarum primo pro
.IIIJ. curribus Lignorum emptorum in foro
Denarios .LIJ. &c.

@ .34. t°. 1393
Die .XXV. Martij.
Hic infra notantur aliqui socij missi in ma=
gna festinantia ad Bastitam propter dubium
Dni Patriarche, qui magnas gentes in Patri=
am fecerat pervenire.

@ 38. t°. 1392.
Die XXIIJ. Novembris De mandato ut supra
expendit dictus Camerarius quod dedit Brisi
no pro vectura sui equi accepti pro fami=
liare Nicolai Baldane destinato Cividatum
ad inquirendum de Duca de Alencastro
Denarios quatuordecim

@ 40. .1392.
Die .XVIIJ. Decembris de mandato duorum
Deputatorum expendit idem Camerarius pro
tribus Libris confecti empti in ratione .XXXIJ. (32)
soldorum pro libra soldos .LXXXXVJ. Item pro
.VJ. metretis Malvasie in ratione trium De=
nariorum pro singula Denar. XVIIJ. Item
pro .V½. metretis Arromanie in ratione
duorum denar. pro singula Denar. XJ. et
pro urceis qui amissi fuerunt Denar. VIIJ.
causa

causa presentandi dnum Episcopum de Triviso, qui venerat ad pacificandum Glemonenses et Venzonenses Summa Denarios Centum viginti, et parvulos quatuor.

@ 46. t°. 1393.

Die. iij. Aprilis de mandato ut supra expendit idem Camerarius quos dedit Facio Speciario pro. xviij. libris collaciorum de Sipe emptorum ab ipso in ratione trium soldorum pro libra causa faciendi Pagnarolos pro conclusione Pacis facte, et firmate inter dnum Patriarcham Communitatem Cividati, et istam Communitatem Utini. Soldos quinquaginta quatuor.

si esset veritas, quod diceretur ibi, quod haberemus alium Patriarcham, et Dux Dech esset factus Patriarcha; quia dicebatur quod ipsi in Valvesono publicè hoc dicebant. Expendidi primo pro naulo equi soldos triginta sex. &c.

@ 21. 1405.

Die XXVIII. Mensis Maij De mandato duorum Deputatorum solvi expensas factas per unum Cavalarium Dominij Venetiarum, qui portaverat nova quod acceperant Castrum carum Dño Padue, et hoc fuit in hospitio q Johannis. Primo pro tribus Piscibus pro eo, et Vino extra Pastum soldos XXIIII. Item pro prebenda et alijs expensis pro equo soldos XLII. Et recessit de mala vogla, quia nihil datum fuerat sibi. Capit soldos LXVI.

@ 21. t°. 1405.

Die XXVIII. Junij De mandato duorum Deputatorum presentavi Provinciale sancti Petri Martiris cum X. buccijs Malvasie, et decem Terrani in quatuordecim Ingastarijs: expendidi pro Malvasia soldos XL. Item pro Terrano soldos XV. Item pro Ingastarijs soldos XXI. Capit soldos LXXVI. Et nota quod Familiaris portando Malvasiam rupit quatuor Ingastarias.

@ 22. t°. 1405.

Die V. mensis Augusti Missus fuit de mandato Duorum Deputatorum unus nuntius cum una littera ad dñum Tristanum ad Argijs ad notificandum quod dñus Patriarcha erat confirmatus et erat in concordio cum dño Cardinali. Expendi pro naulo

equi

equi soldos .xxxvj. Item pro salario famuliaris soldos .xviij. quia stetit duobus diebus et pro Vino soldos .iij. Capit soldos .lvij.
Et Antonius de Venzono portavit novum.

@.25.t°. .1405.
Expendidi de mandato Dnorum propter magnam Epidimiam de Mense Junij, Julij, Augusti, et Setembris pro recipiendo, et restaurando Cives, et alios Forenses bonos viros in deffectu gentium, et propter malum aerem. Marchas soldorum novem et soldos .xj

---

@.44. 1404.
Die octavo Mensis Octubris de mandato duorum Deputatorum missus fuit Ambaxiator ser Nicolusius Bevilaqua cum tribus equis Portusgruarium ad dnum Patriarcham in servitium Prioris sancti Gotardi, quia quidam venerat cum una littera dni Patriarche, et ipsum volebat expellere; et stetit duobus diebus. Et primo expendidi pro naulis equorum soldos C.l. &c:

@.44.t°. 1404.
Die .xvj. mensis Novembris de mandato duorum Deputatorum Missus fuit Nobilis Vir ser Nicolaus de Soldonerijs Venetias ad Dominium ad regratiandum ex parte Communitatis de Provisione facta dno Tristano: et equitavit cum duobus equis usque Portusgruarium Pro naulo equorum expendi soldos .C. &c:

@ 48. .1405.
Die .xviij. Mensis Februarij de mandato duorum

duorum Deputatorum missus fuit ꝗ Nicolaus dela turre Civitatem Austriam cum quatuor equis ad dnum Patriarcham ad faciendum dum avvisatum de Interdictis que venerant Tergestum contra dnum Patriarcham, et Cives Utinenses &c. et fuit solum usque ad sanctum Donatum quia ibi ipse oviavit ꝗ Nicolao fratri dni Patriarche, et reversus fuit cum eo et expendidi pro tribus equis soldos · xlviij · Item pro Familiaribus Soldos · xviij Caput soldos · lxvi ·

Ibidem · 1405 ·

Die · xxj° · mensis Februarij missus fuit ꝗ Nicolinus cum quatuor equis Civitatem ~~[illegible]~~ Austriam ad dnum Patriarcham ad sciendum si dnus Patriarcha vellet accipere impresam suis expensis de Appellando ab Interdictis · Et expendi pro tribus equis soldos · liiij &c: Et nota quod ipse pransus fuit cum Domino ·

@ · 50 · · 1405 ·

Die · xiij° · Mensis Augusti de mandato duorum Deputatorum Missi fuerunt ꝗ Leonardus ꝗ Hectoris, et ego cum quatuor equis Morteglanum ad conferrendum cum dno Tristanno super facto novi quod dicebatur de dno Rege Ungarie, et duorum Ducum Austrie qui fecerant gentes, ut dicebatur causa veniendi ad accipiendum in se Paduam Et expendidi primo pro naulis equorum soldos · lvj · Item pro salario Familiarium soldos xviij · Caput soldos · lxxiiij° ·

Tom: 59 ·

@ · 15 · 1407 ·

@.15. .1407.
Expendit dictus Camerarius pro libris confectionum in ratione libra soldos xxviij°. Ac pro ingastarijs emptis ab Andrea Magistri Petri Phisici summa Marcham .j. soldos .xvj. Item pro Malvasia soldos xxxij. que omnia donata fuere dño Generali Fratrum Predicatorum ex parte Communitatis Summa in totum Capit Marcham .j. soldos xlviij.

@.17.t°. .1407.
Expendit dictus Camerarius tempore presentationis facte per Communitatem in exeniando ... Ambasiatores Ducalis Dominij, et dnum Blanchum de Riva, Et primo pro Malvasia, et Ribola soldos xxviij°. Item pro vino Terrano soldos sex Item pro quatuordecim Ingastarijs soldos xxviij. Item pro Malvasia, et Terrano soldos xxviij°. Summa capit in totum soldos nonaginta. Et est notandum quod expensa Confectionum, et Cere laborate non est hic posita, nam scripta est ad proxime sequentem postam Videlicet de habitis, et receptis a Rigone Spetiario ex sua statione

@.18. .1407.
Die .xvij°. Maij pro libris .x. Confecti Marcham .j. soldos .Cxx. Item pro libris .x. cere laborate in Doplerijs, cum quibus presentati fuerunt Ambasiatores Ducalis Dominij Venetiarum Marcham .j. soldorum.

@.30.t° 1407
Die .xxj°. mensis Iulij expendit quando

minii

missi fuerunt in Ambasiatores Civitatem Austriam Nobiles viri dñus Andreas de Monticulis, et ꝙ Nicolaus de Soldoneriis pro parte Communitatis nostrē super facto conservationis status Reu:^mi^ dñi nostri Patriarchē, ac libertatis totius Patrie, quia sonabatur tunc quod dñus noster Papa volebat removere ipsum dñum nostrum Patriarcham a dignitate Patriarchali. Et iverunt cum septem equis, et quinque Familiaribus. Et primo pro naulibus equorum dictorum in ratione pro quolibet soldos sexdecim summa Capit soldos · CXV ·

@ 31. · 1407 ·
Die · XXV · Julij Expendit quando missus fuit in Ambasiatorem Egregius legum Doctor dñus Alovisius de Cignotis Venetias ad Ducale Dominium: Et pro parte Communitatis Civitatis Austriē ivit ꝙ Nicolaus de Portis. Et hoc ad sciendum Veritatem a dicto Dominio, si eis innotescebat quod Sanctissimus dñus noster Papa vellet removere a dignitate Patriarchali Reu:^mum^ dñum nostrum Patriarcham. Et primo pro expensis pro eo et equis ac tribus Familiaribus in summa Ducatos auri · XXIIJ^or^ ·

Ibidem. · 1407 ·
Die · XXVJ · Julij Expendit quando missus fuit ꝙ Johannes Thomasij ultra Tulmentum, et ivit cum ꝙ Ugolino Liopoldi Ambasiatore pro parte Communitatis Civitatis Austriē ad convocandum tam Nobiles quam Communitates subditos

et subditas

et subditas Ecclesie Aquilegem et debe=
rent interesse quadam die statuta in
Chastro Faganee ad providendum una
cum alijs de citra Tulmentum de liber=
tate totius Patrie nostre. Et ivit cum
equis duobus et Familiari uno, et ste=
tit diebus quinque. Et primo pro Ex=
pensis victus pro se Familiari, et Equis
Marchas tres soldos. C.

@ 31. t.° · 1407 ·

Item dicta die · xxvj · Iulij Expendit
quando missus fuit ꝗ Johannes de Cas=
sinis pro Ambassiatore citra Tulmen=
tum una cum ꝗ Zanono Cognato Leo=
nardo Bevilaqua Ambassiatore pro par=
te Communitatis Civitatis Austrie: Et
iverunt ad convocandum tam Nobi=
les quam Communitates pro conservan=
da libertate Patrie, ut supra prefertur,
Et ivit cum equis duobus et uno Fami=
liari, et stetit diebus septem Et primo
pro expensis victus pro personis et eq=
uis in totum Marchas soldorum tres,
soldos · xl ·

Le seguenti Notizie appartengono all' anno · 1402 · essendo posto fuori di Luo= go il Quinterneto, che le contiene.

@ 35. t.° · 1402 ·

Die · xij · Aprilis Expendit quia missi
fuerunt in Ambassiatores Civitatum ad
Rev.^mum dnum nostrum Patriarcham, ut
deberet accedere Utinum, et fuit die—,
qua primo accessit Utinum post cre=
ationem Patriarchatus, et fuerunt Amba=
siatores ꝗ Nicolaus dni Tristani, ꝗ Gero=
nimus de Brunacijs, ac ꝗ Leonardus
ꝗ Hectoris: Et habuerunt equos quatuor
de illis

de illis q Nicolai predicti. Item equos
Stili duos pro quibus habuit computato
suo labore quia ivit cum eis Soldos
·XXXVj· &c:

@.56.t° ·1402·
Die primo Augusti Expendit quia
minus fuit Roger in Allemania causa
inquirendi si dñus Imperator erat
venturus in partibus Forijulij vel ne
Et ex deliberatione duorum Deputato=
rum dedit dño Tristano pro expensis
facienda, ista de causa Ducatos auri
duodecim &c:

@.57. ·1402·
Die ·viij Augusti Expendit ex delibera=
tione Consilij pro cuppis tribus Argen=
teis ponderis unciarum ·Xiij· quar=
ti ·1½· emptis a Nicolao Lionelli in ra=
tione qualibet uncia grossorum XXXViij.
et empte fuerunt per q Nicolaum de
Soldonerijs, ac q Johannem de Faga=
nea tamquam deputatos ad id specia=
liter causa exeniandi in missa novel
la Reverendi dñi Episcopi Concordien
Summa capit Marchas Soldor octo
soldos Centumviginta novem.

Ibidem. ·1402·
Die ·XXVj. Augusti Expendit quia minus
fuit in Ambassiatoram Civitatum q Nico
lusius Bevilaqua occasione citationis
tunc emanate ad Instantiam dñi Car=
dinalis Aquilegen nostre Communionis
pro fructibus Canipe Utinens &c: Et ivit
cum equis duobus et Familiare uno. Et
primo pro naulo equorum soldos ·XXViij.&c

Tom: 60.
@ 12. 1407.

@. 12. . 1407.
Die . xvj . Mensis Novembris expendit de Mandato dnorum Deputatorum pro exenio facto . Magnifico Marchioni dno Azoni de Ast Patruo Nobilis et Francisci de Savorgnano pro parte Communitatis et primo pro libris confectionum . xvj . Uncijs . viij . in ratione soldorum . xxiiij . libra singula emptis a Constantino Speciario summa capit Marcham . j . soldos . cxlvj . Item pro libris cere . x . ad pondus stadere laborate in doplerijs, et candelis in ratione libra singula soldos . xvj . summa capit Marcham soldorum . j . Item pro . xvj . Ingastarijs pro Parvulis . xviij . qualibet summa capit soldos xxiiij . Item pro bucijs octo Malvasie in ratione qualibet bucia soldos . iiij . Item pro bucijs Ribole . viij . in ratione qualibet Denarij . ij . summa in totum soldos . lj . Summa generalis capit in totum Marchas soldorum tres soldos . lxj .

Ibidem. 1407.
Die secundo Decembris expendit de mandato Consilij et dnorum Deputatorum pro presentando dnum Paulum de Domo a Zanis Ambassiatorem pro parte Incliti Venetiarum Dominij ad Reverendum dnum nostrum Patriarcham . Et primo pro starijs Anone . viij k in ratione singulo stario soldos . xxiiij . Item pro Auriga qui minavit dictam Anonam ad hospitium dicti dni Ambassiatoris soldos . v . summa capit Marcham . j . soldos . lxxiij . Item pro libris confectionis . xiiij . in ratione libra soldos . xxiiij .
Summa

Summa capit Marchas . ij . soldos . xvj .
Item pro libris octo cere in quatuor
doplerijs in ratione libra soldos . xvj .
Summa soldos . Cxxviij . Item pro li=
bris quatuor Cere laborate in Candellis
summa soldos . lxiiij . Item pro bucijs
. xij½ Malvasie in ratione soldorum . iiij .
qualibet bucia summa soldos . xlvj .
Item pro bucijs . x . Ribole in ratione
Denariorum . ij . pro bucia summa sol=
dos . xx iiij . parvulos . iiij . Item pro . xx.^o
fialis pro parvulis . xviij . qualibet .
summa soldos . xxx . Summa genera=
lis capit in totum Marchas soldorum
. v . soldos . lx.^ta parvulos . iiij .

@ . 13 . . 1408 .
Die . xviij . Martij Expendit dictus Ca=
merarius pro presentatione facta pro
parte Communitatis de mandato dominorum
Deputatorum Dno Barnabe de cha
Loredan Inclite Venetiarum Domina=
tionis Ambasatori ad tollendas diffe=
rentias vertentes inter servitores
Rev.^mi dni nostri Patriarche, ac suam
Aquilegen Ecclesiam ex una, et ser=
vitores dnorum Ducum Austrie ex alia
&c. Et primo pro libris confectionum
x . et uncijs . v . in ratione libra soldos
. xxiiij . summa capit Marcham . j .
Soldos . lxxx.^a Item pro libris cere
septem ad staderiam laborate in do=
plerijs et Candellis in ratione libra sol=
dos . xvj . Summa capit soldos . Cxij .
Item pro . x . fialis pro parvulis . xviij .
qualibet soldos . xv . Item pro sex bu=
cijs Vini Tiri pro soldis . iiij . bucia sin=
gula summa soldos . xxiiij . Item pro
sex bucijs

sex bucijs terreni in ratione qualibet soldos .j½. Summa soldos .X viij. Summa generalis istius poste Capit Marchas soldorum duas, soldos nonaginta.

@ 13. .1408.
Die .XX°. Martij Expendit de mandato dominorum Deputatorum pro presentatione facta Dño Johanni de Cha Marcel de Magnifica Venetiarum Civitate socero Nobilis et potentis Iuvenis dñi Francisci de savorgnano. Et primo pro libris confectionum .IX. in ratione libra soldos .XXiiij. Summa capit Marcham soldorum .j½. Item pro libris cere novem ad staderiam in Doplerijs et Candellis pro soldis .XVj. libra summa capit soldos .CXLiiij. Item pro .Xij. fialis pro parvulis .XViij. qualibet Summa soldos .XViij. Item pro Bucijs .Vj½. Tiri. soldos .XXVj. Item pro bucijs Romanie sex in ratione qualibet soldos .iij. Summa soldos .XViij. Summa generalis capit in totum Marchas duas, et soldos Centum viginti sex.

@ .31. .1407.
Die .Xiij. Mensis Octobris. Expendit quia missus fuit Civitatem Austriam Sapiens vir dñus Andreas de Monticulis unus ex octo Electis in generali convocatione facta Fagagnee pro conservatione status, et libertatis totius Patrie. Et ivit una cum Revmo dño nostro Patriarcha cum Familiaribus duobus et equis tribus, et stetit duobus diebus. Et primo pro vectur equorum in ratione quolibet soldos quatuordecim summa soldos quadraginta duos.

---

c. 123. t.° . . 1407.

Die xvj. Decembris expendit quia . . . . . fuit in Ambaxiatorem Nobilis ser Nicolaus de Soldoneriis usque Venetias pro parte Communitatis nostre seu pro parte totius Patrie, et ivit usque portum Gruarium cum equis quatuor, et familiaribus tribus, et primo pro naulo unius Pallafreni pro persona ipsius ser Nicolai soldos. xl. &.

Notandum est quod pro expensis victus factis per ser Nicolao, et Familiaribus duobus in eundo, et redeundo nil constitit Communitati nostre quam Rev.mus dnus noster Patriarcha satisfecit pro eis omnibus.

---

c. 37. . 1408.

Die ~~Secundo~~ Iulij expendit quia missi ~~fuerunt in~~ Ambaxiatores Civitatem ~~. . . . .~~ Austriam ser Nicolaus de Soldoneriis, et ser Leonardus ser Hectoris occasione novorum sonantium de Privatione Rev.mi dni nostri Patriarche et iverunt cum equis sex et Familiaribus quatuor et steterunt diebus duobus et primo pro expensis victus pro eis Familiaribus, et equis in totum Marcham 1 soldos xlviij &.

---

c. 37. t.° . 1408

Die quinto Iulij expendit quia missi fuerunt in Ambaxatores ser Iacobus de Montegnacho, et ser Martinus Frater dicti Camerarij Glemonam, Venzonum, et Tulmetium occasione certorum arduorum novorum sonantium in Patria super facto Privationis Rev.mi dni nostri Patriarche, et iverunt cum equis quinque, et Familiaribus tribus, et steterunt diebus tribus, et primo pro expensis victus pro eis Familiaribus et equis in totum Marcham unam soldos lxxviij.

Ibidem . 1408.

Die xxviij. Iulij expendit quia missi fuerunt duo

equi, et

equi, et unus Familiaris in comitando dnum Bertucium Pisanum de Venetijs Ambasiatorem dicte Communitatis, et hoc usque Tarvisium, per manserunt in eundo, et redeundo diebus quinque et primo dedit Beltrando pro expensis victus pro se, et equis dictis quinque diebus soldos CXXXIIIJ &.

@ 38.t° 1408
Die XVIIJ. Augusti Expendit quia missus fuit in Ambasiatorem ad Ducale Dominium Venetiarum Nobilis et prudens vir ser Gabriel de Soldonerijs una cum Nobilibus Viris ser Bernardo de Strasoldo, et ser Beltrando de Glemona. Et nota quod ivit usque Portugruarium cum equis .V. et Familiaribus quatuor, et inde Venetias cum Familiaribus tribus videlicet Johanne spadarij, Georgio de Gruzano, et Pulchardo theotonicho. Et nota quod equi steterunt Portugruarij diebus septem et Beltrandus Marganituze Familiaris cum eis. Et primo pro naulo equorum in ratione singulo soldos. XL. pro illa die qua iverunt Portugruarium Summa Capit Marcham .j. soldos XL. &.

@ 49. .1408
Die nono mensis Octobris de mandato dnorum septem Deputatorum factum fuit exenium dnis Ambaxiatoribus Reuerendorum dnorum duorum Cardinalium pro quo expendidit dictus Camerarius pro Confectionibus, doplerijs, Ingastarijs, Malvasia et Romania Marchas Soldorum tres, et soldos .LXXVJ.

@ .50.t° .1409.
Die .XXV. mensis Martij de mandato dnorum Deputatorum dictus Camerarius expendidit pro recipiendo, et honorando dnum Johannem de Garzonibus Ambaxiatorem

xiatorem incliti Dominij Venetiarum Primo pro ·XVj· libris Confectionum soldos ·XXiiij· pro libra: Item pro libris cere ·Xij· soldos ·XViiij· pro libra. Item pro ·XX°· Narancijs soldos sex. Item pro ·Xiiij· Malvasie soldos ·iiij^or^· pro bucia Item pro bucijs Romanie ·Xij· soldos ·iij· pro bucia Item pro viginti Ingastarijs soldos ·XXX^ta^· Item pro octo starijs Anone soldos ·Xl· pro singulo stario et pro conductura bladi soldos ·iiij·. Capit Marchas soldorum sex, et mediam et soldos duodecim.

@·53· ·1409·
Die ·XXViiij· Mensis Maij dictus Camerarius de mandato duorum Deputatorum preparari fecit domum q Iohannis Guberti pro dñis Ambaxiatoribus Incliti dominij Venetiarum pro quibus expendidit &c. pro ·Xij· starijs Anone soldos ·Xl· pro singulo stario, Item pro novem Congijs Vini Pignoli ipsis dñis donatis libras soldorum septem pro singulo Congio. Item pro ·X· libris Cere soldos ·XVj· pro libra Item pro decem libris confectionum soldos ·XXiiij· pro libra Item pro urcijs et ciatis soldos ·XXV·

Ibidem. ·1409·
Die ·XXViiij^or^· Maij de Mandato dñorum Deputatorum dictus Camerarius dedit, et donavit nuntio, qui portavit novum de creatione summi Pontificis. Ducatos auri tres.
Item dedit Nuntio qui portavit novum de revocatione Processuum

factorum

factorum contra dnum Patriarcham et portavit certos Procanes. Ducatos auri tres.

@.53.t.° .1409.
Die .xxviij. mensis Julij de mandato duorum Deputatorum dictus Camerarius donavit Cancellario Incliti Ducalis Dominij, qui fuit ad scribendum trignas Ducatos auri decem.

@. Ibidem .1409.
Die xxviij. Julij expendidit Camerarius pro faciendo Pagnarolos pro confirmatione dni nostri dni Patriarche in Colacijs libris .clx. soldos tres pro libra, et pro lignis soldos .xx.ti et pro Vino dnis Deputatis soldos .x. capit Marchas soldorum tres et soldos .xxx.ta

---

@.54. .1409.
Die octavo Mensis Augusti dictus Camerarius quando venit bulla summi Pontificis quod Patria deberet obedire dno nostro dno Patriarche. expendidit pro Pagnarolis in sipe libris .lxxv. soldos .iij. pro libra. capit Marcham soldorum, etiam soldos quinquagintasex.

@.69.t.° .1408.
Die Veneris nono mensis Novembris de mandato dnorum Deputatorum, et totius Consilij missi fuerunt Ambaxiatores Venetias cum egregio milite dno Tristano ad providendum cum inclito Ducali Dominio de bono statu Patrie Sapientes Viri dnus Andreas de Montiulis

Monticulis, et ser Nicolaus de Soldoneriis cum pluribus civibus hujus terre qua de causa dictus Camerarius expendidit primo pro tribus Familiaribus qui iverunt Portum pro reducendo equos pro eorum expensis, et pro sandulo soldos XXVIIJ. d.

@.70.t°. .1408.
Die XIIJ. mensis Decembris Missi fuerunt Venetias cum spectabili Milite dño Tristano ser Gabriel de Soldonerijs, et ser Leonardus q.m ser Hectoris ad Inclitum Ducale Dominium, qui equitaverunt cum sex equis, et quatuor Familiaribus et steterunt diebus duodecim expendidit primo pro equis pro naulo pro singulo equo usque Nugarum soldos XXXVJ. d.

@.71. .1409.
Nota quod die XJ.° mensis Januarij dictus Camerarius de Mandato dñorum Deputatorum ac ex deliberationi Consilij dedit et solvit juxta relationem ser Nicolai de Senis, et ser Jacobi de Montegnaco et ser Leonardi q.m ser Hectoris deputatorum ad calculum rationum Communis egregio Milici dño Tristano de Savorgnano pro expensis per ipsum dñum Tristanum factis duabus vicibus pro dñis Ambaxiatoribus transmissis pro parte Communitatis ad Inclitum Ducale Dominium pro bono statu Patrie, specialiterque Terre nostre Utini, ac pro pluribus alijs civibus, et Juvenibus, ac Familiaribus, qui equitaverunt, et iverunt cum eis non inclusis tamen expensis factis de per se

per dictum

per dictum Camerarium dicta de causa Marchas soldorum vigintinovem, Ducatos auri Tricentos quinquaginta.

@.72.t° ·1409·

Die octavo Mensis Martij de mandato dnorum septem Deputatorum missus fuit ser Leonardus q.m ser Hectoris ad Capitulum Concordiense, et Cordivadum super facto Episcopatus, qui equitavit cum tribus equis, et duobus Familiaribus et stetit diebus tribus Expendidit dictus Camerarius pro equis pro singulo equo de nauło soldos ·L·

Ibidem ·1409·

Die ·2· Mensis Martij quando venit novum quod dnus Episcopus erat Creatus Patriarcha, Ex deliberatione Consilij missus fuit ser Leonardus not.s de Montegnacho pro Ambaxiatore ad inclitum Ducale Dominium, qui equitavit cum quatuor equis et tribus Familiaribus pro quibus equis expendidit usque portum pro singulo equo soldos quinquaginta

---

@.73. ·1409·

Die ·XX· mensis Martij missi fuerunt de mandato Consilij ser Nicolaus de soldonerijs, et ser Franciscus de Percoto ad Sanctum Danielem pro recipiendo Rev.mum in Christo Patrem et dnum dnum . . . Sacro sancte Romane Ecclesie Cardinalem, et equitaverunt cum novem equis pro honore Communitatis pro quibus expendidit in duobus diebus pro singulo equo soldos ·XXVIIJ·

@ 75. 1409.

@.75. .1409.
Die .XXVj. Mensis Maij missus fuit
dnus Pantaleon ad faciendum cer=
tam responsionem dno Angelo Corario,
qui se appellabat Gregorium Papam
.XII. pro quo expendidit pro tribus
equis pro naulo soldos .XVj. pro singulo

@.76. .1409.
De mandato dnorum Deputatorum die
octavo Iunij missus fuit providus vir
Aloisius not. de Sancta Maria longa
Pisas in servitium Communitatis ad
inquirendum de gestis in Concilio pro
quo expendidit pro duobus equis us=
que Portum soldos .l. pro singulo. Item
pro uno Familiari qui reduxit equos
soldos .xl. Item pro expensis soldos
.xx.ti Item dedit dicto Aloisio pro ex=
pensis pro se et equo Ducatos auri .xl.
Capit soldos. Clx. Ducatos auri . xl.

2/@.77. .1409
Missus fuit die secundo Iulii unus
familiaris sacilum cum una litera ad
notificandum gesta cum Ambaxiatoribus
incliti Dominij Venetiarum; et Creatio=
nem summi Pontificis facte Pisis pro
quo expendidit pro naulo equi soldos
sexaginta.

1/@ 76.° .1409.
Die .XXIIIj. Iunij Missus fuit Beltrandus
ad sociandum dnum Episcopum Ceneten.
de domo Marcelli usque Sacilum pro
quo expendidit pro equo soldos . lx. pro
expensis soldos .XXVj.

@.78. ·1409·
Die ·XXVIIJ· Mensis Iullij de mandato dño-
rum Deputatorum minus fuit unus Fa-
miliaris equester sacitum, et Avianum
ad notificandum de Processibus, qui ve-
nerant contra Angelum Coravis de Pisis
pro quo expendidit pro equo soldos ·lx·

@.80. r.° ·1409·
Die ·XXVIIJ· mensis Augusti minus fuit
unus familiaris sacitum causa inquiren-
di de gentibus dñi Regis Apulie pro quo
expendidit pro equo soldos ·ix·

@.81. 1409.
De mandato dñorum Deputatorum die
penultimo Mensis septembris missi fuerunt
Montemfalconum duo Familiares ad noti-
ficandum Vicinis qui illuc iverant ~~ad~~ ad
Forum quod deberent sibi precavere quia
gentes Civitatis Austrie exiverant, pro quo
expendidit pro singulo equo soldos ·xl·

Tom: 61.

@ 24. ·1409·
Die tertio Decembris expendit de man-
dato dñi T. (Tristani) et dñorum Depu-
tatorum ad Regimen pro exeniando, seu
presentando Magnificos ... Ambasiato-
res Potentis et Magnifici dñi ... de
Valsia, qui venerant causa tractandi
concordium inter Rev.^mum dñum nostrum
Patriarcham ex una, et Civitatenses
ac eorum complices ex alia & de pri-
mo pro libris confectionum decem sep-
tem Vncijs tribus emptis a Rigone Spe-
ciario in ratione libra singula soldos.
·XX Summa capit marchas duas soldos
·XXV· Item pro libris cere laborate in
doplerijs

doplerijs octo, et certis fasciculis can:
dellotorum fuerunt libre sedecim Uncie
tres in ratione libra qualibet soldos
sedecim summa capit Marcham .j.
soldos .C. Item pro fialis vigintiqua:
tuor soldos .xxxvj. Item pro bucijs
.xy. Malvasie soldos .xlviij. Item pro
.xy. Rabioli soldos .xxiiij. summa
generalis capit in totum Marchas qua:
tuor soldos septuagintatres.

@.25. .1410.
Die primo Januarij expendit de man:
dato dñi T. (Tristani) ac dnõrum Depu
tatorum quia presentati fuerunt dñi
Michael Miles de Rabatta ac duo alij
Nobiles Ambaxiatores dñi Comitis Hen:
rici de Goritia. Et primo pro libris
confectionum .xiij. Summa capit Mar
cham .j. soldos .C. Item pro fialis .xx.
soldos .xxx. Item pro .xy. bucijs Ro:
manie soldos .xxx. Item pro bucijs
.x. terrani soldos .x. Summa genera:
lis capit in totum Marchas duas,
soldos decem.

@.33.1° .1410.
Die .xx°. Augusti de mandato dnõrum
Deputatorum fuit donatum unum par
Caligarum Antonio de Venzono occasio:
ne novi per dum pridie ducti qualiter
per nostras Gentes extiterat recupera:
tum Chastrum Fontisboni Costitit Du:
catum .j. et quartum. Videlicet Du:
catum .j. et soldos .xxvj.

Ibidem. .1410.
Die .xxvj°. Augusti Nostra Communitas
extitit diffidata per dnum Federicum
Comitem

Comitem in Ortumburch, ac per suos
sequaces &c. Unde de mandato Consilij
facte fuerunt in pluribus locis per Ter:
vam Cride, quod Gentes Rurales debe:
rent se retrahere ad fortilitia. Ex quo
expendio dedit ipsis Preconibus, qui
fecerunt cridas soldos octo.

@ ·34·t° ·1410·
Die quarto Septembris pro parte Com:
munitatis Civitatis Austrie venerunt
Communitati nostre Littere diffidatoni
Ex qua causa de mandato dñi Gastal:
ni ac dnõrum Deputatorum dedit Illi
qui duxit dictas litteras Ducatum au:
ri unum.

@ ·35·t° ·1410·
Die ·xj· Septembris Expendidit pro Exe
nio facto Spectabilibus Egregijs, ac Famo
sis Ambasiatoribus Sanctissimi dñi no
stri dñi Pape, ac Incliti Ducalis Domi:
nij Venetiarum. Et primo de manda:
to ut supra pro libris Confectionum
. . . . . . in scatolis vigintiocto,
in ratione qualibet libra soldos ·xx·
Summa Marchas ·iij½· soldorum.
Item pro libris cere laborate in dople
rijs grossis et Candellotis parvis ·xxv½·
in ratione qualibet libra soldos ·xvj·
Summa capit Marchas duas soldos
·lxxxviij°· Item pro fialis Vigintia:
sex in ratione singula parvulos xviij·
Summa soldos ·lvij· Item pro bucijs
Malvasie ·xx· in ratione singula
soldos ·iiij· Summa soldos ·lxxx· Item
pro bucijs Terrani ·xviij· in ratione
singula parvulos ·xvj· Summa soldos
·xxiiij·

.xxiiij. Item expendidit pro una Collectione facta per Nuntios qui portarunt dictum Exenium soldos .viij. Summa generalis capit in totum hec expensa Marchas septem soldos .xiiij.

@.65. .1410.
Die .2. Septembris de mandato Consilij expendidit quia fecit revestiri cum stagno .sic in pluribus locis et presertim a medio dorso sursum homines ligneos pulsantes horarum sonum. Ex quo primo expendidit quia fecit duci de Venetijs libras stagnolij .xxv. in ratione soldorum .xvj. pro libra, Summa Ducatos .iij. Soldos .lv.

@.72. .1409.
Die .xxviij. Mensis Octobris Expendidit dictus Camerarius quia missi fuerunt Nobiles ac Circumspecti viri dnos Andreas de Monticulis et q. Iohannes de Chastro pro parte nostre Communitatis usque Villam Premariaci ad conferrendum cum certis Nobilibus et Communitatibus existentibus citra et ultra Tulmentum: Et hoc causa et occasione tractandi Concordium questionum per Nobiles, et Egregios dnos Simonem Militem de Colorato, et Doymum de Chastelo inter Communitatem nostram, ac colligatos nostros ex una, Et Communitatem Civitatis Austrie ac Colligatos suos ex alia &c. Et primo pro naulo equi dni Andree soldos .xiiij. &c.

@ 74.t°. .1409.
Die Trigesimo Mensis Novembris Expendidit de mandato dnorum Deputatorum quia missus fuit Beltrandus Civitatum

pro treugis

pro treugis prolongandis: Et portavit illi Communitati litteram unam Et primo dedit eidem pro eo et suo equo soldos ·XXVj.

@ 75. ·1409·
Die septimo Decembris Expendidit de mandato dñi Francisci de Savorgnano ac dñorum Deputatorum Nam missus fuit providus vir ser Odoricus Not. de Carnea unacum ser Leonardo de Montegnacho qui ivit pro parte Rev^mi^. dñi nostri Patriarche tamquam Ambasiator Communitatibus Glemone, Venzoni, et Tumecij ad instandum, et orandum eos ut esse deberent boni animi, optimeque voluntatis et opinionis versus dictum dñum nostrum Patriarcham, Et super certis alijs rebus. Item etiam super facto Sacili &c. Et primo pro expensis victus pro se, Familiare et equis Marchā soldorum unam

---

@.76. ·1410·
Die tertio Januarij Expendidit de mandato dñorum Deputatorum ac dñi Tristani quia missi fuerunt in Ambasiatores ad dñum Comitem de Ortemburch existentem tunc in Civitate Austria Nobiles, ac Circumspecti viri dñus Andreas de Monticulis, ser Gabriel de Soldonerijs; et ser Johannes de Chastro. Et primo dedit dicto dño Andree pro naulo sui equi soldos·XXVj·&c.

@.79.t.º ·1410·
Nota qualiter die ·XXVj·. Februarij per Generosum ac Militem spectabilem dñum T. (Tristanum) et per dños Deputatos fuerunt electi Circumspecti ac Nobiles Honorandique viri ser Nicolaus de Soldonerijs
et ser Johannes

et q Johannes de Chastro, qui deberent se in Ambasiatores transferre ad Inclitum Ducale Dominium Venetiarum super certis arduis, et gravibus que sonabant per Patriam.

@.86.t°. .1410.
Die secundo Mensis Maij de mandato dni Francisci de Savorgnano, ac dnorum Deputatorum missus fuit Jemullus cum .j. littera usque Venetias presentanda Egregio, ac spectabili Militi dno Tristano, in qua narrabatur sue Nobilitati, quomodo Gentes dni Comitis de Ortumburch accesserant cum toto earum sfortio ad situandum Campum sub Portugruario &c.

@.91. .1410.
Die .xvij. Junij misit Beltrandum cum .j. littera Communitati Sancti Danielis super certo Interdicto quod dnus noster Patriarcha ibi posuerat in Sancto Daniele: Ex quo ad petitionem et preces nostre Communitatis Ipse volebat remittere. Expendit pro naulo sui equi soldos .xxiiij.

@.100. .1410.
Die .xxvj. Augusti venit una littera pro parte dni Comitis de Ortumburch in qua continebatur quomodo ipse cum suis servitoribus diffidabant Communitatem nostram Utinensem. Ex quo per deliberationem Consilij misit quinque Chavallarios per Villas circumvicinas, ad hoc ut gentes rurales se retraherent cum personis, rebus, et animalibus

et animalibus ad loca tuta: Et fuerunt hij. Videlicet Johannes spadarij, Dominicus de Porpeto, Jacobus Battarius, Magleaus, et Franciscus de Pavia: Unde facta ratione cum eis steterunt extra uno die, ac nocte una dedit cuilibet ipsorum pro se et equo soldos .l.

@ 100. t.° .1410.
Die .xxx.° Augusti de mandato dni T. (Tristani) ac duorum Deputatorum, et duorum .V. misit Maghetum cum una litera diffidatoria Cividatum diffidando illam Communitatem cum cunctis earum sequacibus &c. dedit eidem soldos Trigintaduos.
Item dicta die Gentes nostre currerunt ad damna illorum de Cividato Unde missus fuit Dominicus de Porpeto cum duabus literis Videlicet una dno Doymo Altera ... Capitaneo Savorgnani, ad hoc ut si gentes Glemone aut de Carnea venirent in subsidium illorum de Cividato quod subito dnus Doymus faceret trai Bombarda unum lapidem: Et similiter Capitaneus Savorgnani unum alium lapidem, ad hoc ut Excubie seu scolte nostre audirent, ad hoc ut valerent nos avisare Dedit eidem in totum soldos. x.l.

@ 101. t.° .1410.
Die tertio septembris Nota quomodo occasione certorum arduorum, et grandium negotiorum que ad presens occurrebant libertati totius Patrie per Generosum Militem dnum T: (Tristanum) ac per dnos Deputatos, et per quinque

dnos alias

dños alios Nuntios & fuit Nuntius Nobilis, Circumspectus et sapiens vir ꝗ Nicolaus de Soldonerijs in Ambassiatorem, ut deberet se transferre ad Inclitum Ducale Dominium Venetiarum

---

@ 102. t°. .1410.
Die xx. septembris fuit missa una littera per unam Mulierem dñis Ambassiatoribus dñi Pape, et Dominij Venetiarum qui erant Civitatis Austrie. Unde donavit eidem Mulieri soldos quadraginta.

Tom: 62.

@ 15. t°. .1410.
Die vij. Mensis Novembris de mandato dñorum Deputatorum dictus Maninus (Camerarius) expendidit quos dedit Cancellario Illustrissimi Ducalis Dominij Venetiarum qui scripsit Instrumentum treguarum factarum per interpositionem egregij Militis, et sapientis equum Doctoris dñi Iacobi de Ysolanis Oratoris summi Pontificis, ac dñi Bartholomei Nani oratoris dicti Dominij inter Nos, et Adversarios nostros Ducatos auri quindecim

---

@ 17. t°. .1411.
Die xx. mensis Februarij de mandato dñorum Deputatorum presentavit tunc honorabilis vir ꝗ Franciscus Cancellarius Illustrissimi Ducalis Dominij Venetiarum, quando venit ad tractandum de prorogatione treguarum, pro quo dictus ꝗ Maninus Expendidit primo pro libris vj. Confectionum onciis iij. soldos xx. pro libra

Item pro sex

Item pro sex libris Candelarum de Zera soldos .x. libra. Item pro .x. Ingastarijs soldos .xv. Item pro Rabiolo, et terrano soldos .xvj. capit Marcham soldorum .j. et soldos .lv.

@.21. .1411.
Die .xxvj. Iunij de mandato dominorum septem Deputatorum pro faciendo honorem dominis Oratoribus Magnificorum Dominorum Pandulphi et Malatestae de Malatestis dictus Camerarius solvit expensas per ipsos factas in hospitio Petri del Suertz qui ascenderunt ad Ducatos auri quatuor.

@.23. .1411.
Die .xxvj. Mensis Maij Nota quod quando Magnificus, et Spectabilis Vir dominus Marchus Venerio orator Illustrissimi Ducalis Dominij Venetiarum venit Utinum causa pacificandi hanc Patriam de mandato dominorum Deputatorum fuit presentatus cum uno vase Vini albi qui fuit Congiorum octo empti a ser Raynerotto in ratione .lxxxxvj. Soldorum pro singulo Congio pro quo expendidit dictus Camerarius Marchas Soldorum quatuor, et soldos Centum vigintiocto.

@.35.t°. .1410.
Die .xvj. Mensis Octobris missus fuit unus nuntius Portusgruarium ad Reverendissimum dominum nostrum dominum Patriarcham ac Reverendum Patrem dominum Episcopum Concordiensem ac Communitatem Portusgruarij ut mitterent Sindicos eorum ad concludendum treguas cum adversarijs nostris, et portavit eis

Salvos conductus.

salvos conductus partis adverse pro quo expendidit primo pro naulo equi sol=dos . l.

@.38. .1410.
Die Merchurij vigesimonono Mensis Octobris de Mandato dnorum septem Deputatorum, et totius Consilij equi=tavêrunt ad Sanctum Danielem ad concludendum triguas cum adversarijs nostris egregius, ac Nobiles Viri Dnus Andreas de Monticulis legum Doctor, et Nico=laus dela turre, ac et Gabriel de Soldonerijs tamquam Ambasiatores, et Sindici Commu=nitatis Utini, cum quibus equitavit etiam Nicolaus Not: Filitini Cancellarius Commu=nitatis, et fuerunt in totum computatis duodecim equis stipendiariorum equi xxiij.

Item expendidit quod dedit de mandato dnorum Deputatorum Clavo, qui de nocte portavit Utinum novum de Treguis conclusis soldos quadraginta.

@.39. .1410.
Nota quod dni septem Deputati deliberave=runt cum consilio Magnifici dni Tristani mittere Nicolaum not. Filitini cum uno Fa=miliare Bononiam ad sanctissimum dnum nostrum dnum Johannem Papam xxiij. ad instandum quod dignaretur providere huic Patrie de Pace et tranquilitate &c et alia plura faciendum pro bono hujus Patrie et specialiter hujus Terre, et Civi=um ejusdem, cum quo fuerunt concordes dare debere pro expensis ipsius et fami=liaris, ac equorum, et Navium eundo, et redeundo Ducatum unum singula die, qui Nicolaus Not. recessit die decimoseptimo
Mensis

mensis Novembris, et stetit ad expensas cum factis predictis diebus quadraginta-septem, ex quo dictus q. Massarius dedit dicto Nicolao not. Filitini de mandato ut supra Ducatos auri quadraginta septem.

@. 41. 1410
Nota quod die XVII. mensis Decembris de mandato dnorum Deputatorum, et ex deliberatione Consilij transmissus fuit Nobilis vir q. Nicolaus de Soldonerijs Ambasiator Communitatis Utini ad summum Pontificem Bononiam pro factis Patrie &c. quia tractabatur de mutatione Patriarche &c. cum quo ivit Nobilis q. Nicolaus olim dni Federici de Savorgnano, Raynerottus, Joachinus Petri Ambrosij, Antonius de Percoto, Nicolaus Cetere, Christoforus teotonichus, Janciglus, Stephanus Longus, ac quidam alius Stephanus teotonichus, et Dominicus Peroldi, et quidam Ragacinus q. Nicolai &c. Cui q. Nicolao de Soldonerijs dictus q. Massarius de mandato dnorum septem Deputatorum dedit pro expensis Ducatos auri ducentos.

@. 43. 1411.
Die VIIJ. Februarij
De mandato dnorum Deputatorum, ac Consilij, et Convocationis .X. pro Quinterio minus fuit Nicolaus Guielmini Venetias cum literis que dirrigebantur Illustrissimo Dominio Venetiarum pro dno nostro Patriarcha et in ipsius favorem, ac Terre nostre Utini, qui stetit diebus decem pro quo expendidit pro suo labore soldos C. Item pro expensis Marc. Sold. unam Capit Marc. sol. IX. et Sol. XX.

@ 46.t.o 1411

@ 46. t.° .1411.
Die secundo mensis Aprilis de mandato dnorum septem Deputatorum missi fuerunt Ambasiatores pro parte Communitatis ad sanctum Danielem Egregius, et sapiens Vir dnus Andreas de Monticulis legum doctor, ac ꝗ Leonardus not. de Monteynacho, et Nicolaus Not. Filitini, et cum eis equitavit etiam Maninus Camerarius pro faciendis expensis, ad conferendum cum Ambasiatoribus Adversariorum nostrorum super pacifico statu Patrie.

@ .50. t.° .1411.
Die .XXj.° Mensis Maij ex deliberatione Consilij missi fuerunt Ambasiatores Venetias Egregius legum Doctor dnus Alvisius de Zignottis ꝗ Johannes de castro ꝗ Nicolaus Filitini ad instandum Inclito dominio Venetiarum quod dignaretur tractare Pacem in Patria

---

@ .55. t.° .1411.
Die penultimo Julij. Nota quod ex deliberatione Consilij, et totius Communitatis, ac Coligatorum opes missi fuerunt in Ambasiatores ad dnum Comitem de Orthinburg. cum duobus Nobilibus Egregij Doctores dni Andreas de Monticulis, et dnus Alvisius de Zignottis de Utino ad instandum quod dignaretur nobis facere pacem, et treguas &c. cum quibus equitavit etiam Philipucius ꝗ Nicolussij Candidi pro interprete.

@ 58. 141.

@.58. .1411.
Die xviij. Augusti missus fuit Nicola
us Not. Filitini Castellum ad dnum
Patriarcham ad instandum pro rela=
xationd Captivi de Montefalcone, ut
Thirellus, et socij relaxarentur, pro
quo expendidit pro duobus equis Sol
dos xlviij, pro familiare soldos viij.
et expensis soldos xv. Capit soldos lxxj.

@.73. .1411.
A di v. Octobre. Spendegy per Coman
dament deli Deputadi chi comandarin
chel fosin presentaz glu Nobily Inba=
sadors de My lu Cont Zuan Mainart
de Gurize, é forin dogy sie inbasadors
coe lu nobil omo My Farancesch de
Cormons, e j. Capelan del dèt Signor
Cont, é étiam dio fo deliberat chel
Albiare lur fos pagat, é prime forin
presentaz chun lib. iiij. de Confet
chi costa sol. lxxxviij. é bocis. iiij. or
de Romanige chi costa sol. xy. é
bocis. iiij. de tevan chi costa sol. vj.
e viij. Ingastaris sol. xy. compera=
dis de Rigo speciar. Item ancora
pagadé lustrige al Enrager chi mon
ta in ort pasty chon viiij. cavaly
e viiij. bochi sigondo chi fe la ra=
son chel ostr Duc. iij. sol. lxy.
monta in duto questa Ambaseriga
Duc. iij. in Aur, é in Monéde Mar=
chi j. sol. xx.

@.3.to .1411.
A di xxiiij. di Octuber spendegy per
Comandament di My T. (Tristan) e
delg Deputaz chi fo presentat lu Er=
regy cavalir My Putchart de Robistany
Inbasador

Imbasador delg inlustris signors Dus
dosteric. Et prime fo presentat cun.
Conci de Vin .viij½. chi costa soldi.
Cl. per zascadun conzo chi ven Mar-
chi .viij. sol. Cxlv. Item spendegy
per libr. xxij. de Confezion per soldi
xx. per cascaduna libra monta Mar-
ch. ij. sol. Cxx. Item spendegy per
libr. xxvj. de Cera per sol. xvj. per
Zascaduna libr. monta March. ij. sol.
lxxxxvj. Item per xx. ingastaris per
sol. j½. per cascaduna monta sol. xxx.
Item per Bozis. xij. de Romaniga
sol. xxxvj. Item per Bozis. x. de te-
ran sol. xv. monta in dut tutta ques
ta spesa computado ogno cosia. Item.
spendego per far menar questo dito
Vino, chi fo Vaselj. ij. soldi. xij.
Summa March. xiiij^or. sol. Cxxxiiij^or.

@.74. .1411.
A di .x. di November spendegy, chi
pagagy Zuan Nodar de Claveglan chi
fes. viij. Copigis delg Capitulg e degl
de Paz chi No fazerin chun M. Pul-
chart de Robiston Lusignine ~~dogl~~ delg
inlustrisins signors Dus dosteric,
e digly - sold. xxviij.

@.75. .1411.
A di .xx de November Pagagy A Cos-
tantin Zera, e cordoni de seda chi
fo fatto uno sizelo pendente quando
fo fatta la Ubidienza Aly Signory
susy dosteriche, chi costa sol. xiiij^or.

@.77. c°. .1411.
A di .viij. Dezembre spendey che fo
presentado M. Pipo al campo con star
C. davena

c. davena, che costa Sol.-xl lo star
Monta Marchj-XXV. de Soldj.

@.91. .1411.
A di. xj. di December Spendegy per
deliberazion del Reng grant, chi fo
fat sula case del Conselg quant si man
rigne de figla laitorij de inlustrisime
Signurige de Vegnixie per manda un
Mes a Zividat portant une Letire chi
si contignive chi no volevin manda
nestris inbasadors al Re dungarige
selg nus volevin fa trivis fin chelg
Ziesin e tornasin e dis dis daps la
lor tornade e diglj par so fadige
Sol.-XVj.

@.91.1°. .1411.
A di. xy. dotober Spendegy chilg
Deputat mandarin eler chun une
letire la de inlustrisime Signurige
de Vignexie pregant chi laitorij
chelg nus aveun parfiart Altris oris
chelg nusal debesin manda presta
mentrj in per zo chel bisognave.
e digli per nauly del caval per. vy.
dis Solj C.

@.92. .1411.
A di. xvuj. di Otober Spendegy chi
fo mandado uno Ambasador al Re Dun
gariga, e fo el discrèto homo ser Nicholò
de Matiguso chon cavaly quatro, et trè
Famegly e stie al Zir el tornar....
... di. e prima spendegy chi diegy
a Zuan del Megto chi fo guida a
scorcerlu fino a Cormons Solj.xl.
Item glj fo dado per spesy Ducj.lx.

@ 92.1° 1411.

@. 92. t.° .1411.
A di xviiij. di Otober. Fo mandado
ser Nichulau Cancilir Inbasador ala In=
lustrissima Signorriga de Vignesia chon
.iij. Cavaly, e do Fameglj. e stierin
.viij. di a zir, e tornar, e star là.

@ 93. .1411.
A di. xxvj. di Otober. Fo mandat
lu Nobil ser Zuan de castel, e lu No=
bil ser Lenart de Montegna imbasadors
Al nestri Signor Mis lu Patriarcha An=
toni del Puart. chon. v. cavaly, et
.iij. Famegli.

@. 93. t.° .1411.
Imbasadory chi fo mandadi Al Nostr
Signor a Castel di Porzeis.
A di. xxxj. di Otober. Fo mandado
el Nobil ser Bernart di Strasolt, el Nobil
ser Varnir de Sent Denel, e lu savy Omo
ser Lenart de Montegna, e ser Piery bon
Canevar, e ser Nichulau Filitin inba=
sadors al nestri Signor Mis lu Patriar=
cha.

@. 98. t.° .1412.
Expense facte per Nicolaum Bonben
Camerarium Communis Utini sub
M. iiij. xij. Indictione v. die qua
dnus Tristanus intravit Utinum
primo, Videlicet die xxviiij. Martij.
Et primo nota quod missi fue=
runt ser Johannes de Susana et Ni=
colaus Raynoldi, et Thobias Ambasia=
tores Speglinbergum Pulcinichum,
et Sacilum ad Ungaros, et ad Capita
neum Ungarorum ad notificandum
introitum dni Tristani in Utinum
ad honorem

ad honorem Serenissimi dñi dni Regis Ungarie, et instandum quod ipsum deberet habere recomissum tamquam fidelem Servitorem Regie Majestatis cum septem equis, et familiaribus . iiij . pro quibus expendidit Ducatos auri novem.

@ 99.t° .1412.
